



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conferentiæ Theologico Morales

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,
Confessariorúmque omnium

Ex Materia Septem Sacramentorum Atque Justitiæ De Restitutione
Excerptæ

Sargar, Elisaeus

Augustæ Vindelicorum, 1720

An aliquando liceat consecrare panes fermentatos. n. 77.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41194

ex qua non pinfitur tam albus panis, quam ex filigine in priori acceptione, utilis tamen & quotidianus, etiam inter homines honestae conditionis; de qua proinde fit

76. RESOLUTIO secunda: filigo sive serale (Rocfen) probabilius non est materia sufficiens ad consecrationem; adeoque praestat omittere sacrum die dominico, quam in hostia filiginea celebrare. Pro hac citantur D. Thom. q. 74. a. 3. & Scor. 4. Dist. 11. q. 6. n. 1. & Cuminunis.

Probatum autem ex Conc. Flor. in decreto unionis; Ubi dicitur: *Tertium est Eucharistia Sacramentum, cuius materia est Panis triticeus, & vinum ex vite.* Unde Catechismus Rom. c. de Euchar. §. 12. *Nullus Panis nisi triticeus apta ad hoc Sacramentum materia putandus est: Hoc enim Apostolica traditio docuit, & Ecclesia auctoritas firmavit.* Atqui filigo nullibi pro tritico reputatur: nec est tritico in bonitate aequalis, ut ador & spelra: igitur non est materia consecrabilis. Dixi porro probabilius: quia oppositum probabile censent Laym. Tan. Gob. & noster Patricius, saltem in casu urgentis necessitatis, utique propter communem ejus usum inter homines.

CONFIDENTIA II.

77. PArochus habens plures moribundos providendos, dum non adsunt panes azymi,

con.

consecrat fermentatos : an licite ? de valore nullidubium est : quia uterque à scriptura simpliciter panis dicitur : Itaque sit

RESOLUTIO negativa cum Laym. hic. c. 2. n. 4. & comuniōri : ratio est : quia non censetur obligare præceptum de communicando in mortis articulo, quando id fieri non potest conformiter ad Ecclesiæ præscriptum : decernitur autem à Flor. in decreto unionis, unumquemque sacerdotem debere conficere corpus Domini iuxta suæ Ecclesiæ consuetudinem : NB. *debere*, quod præceptum indicat : igitur qui consecrat in Ecclesia latina in fermentato, facit contra præceptum Ecclesiæ, adeoque illicitè.

CONFERENTIA. III

Parochus it peregrinatum cum suo grege spiritali ad Ecclesiunculam sequestratam, longius à Civitate, ubi non reperit Hostiam majorem, plures autem minores : quæritur, an ipsi liceat celebrare cum minori hostia. 78.

¶ Cum Tamburino l. 2. c. 8. §. 7. n. 16. si desit grandior hostia, posse pro sacrificio ex mera etiam devotione faciendo accipi unum è particulis, quæ præberi solent Laicis, monendo tamen prius populum ne forte scandalicerur

Ratio est, quia id nec lex aliqua prohibet, nec consuetudo obligans, dummodo scandalum absit, quod tollitur præadmonitione.

CON